

# PROGRAMMA IN EXAMEN ORALE

## DE ECCLESIA CHRISTI

---

### 1. — Prævia disquisitio de Scripturâ et Traditione (1-7).

Quid in hoc Tractatu inquirendum? — Cur de *Ecclesiâ* inscribatur? — Quid priùs investigandum?

I<sup>o</sup> Scripturarum auctoritas jam non tantùm *historica* sed et *doctrinalis*, propter miracula Apostolorum. — Quis jam illius usus? — II<sup>o</sup> Præter Scripturas, fuerunt etiam Traditiones apostolicæ; et aliquæ hodieum discerni possunt sive *per discussionem testimoniorum*, sive *per præscriptionem*. — Corollarium: Ergo, absque circulo vitioso, aliqua è Scripturis et Traditione proferre possumus ad interpretem reliquorum inveniendum.

### 2. — Positio quæstionis Catholicos inter et Protestantes.

— Prænотanda de Infallibilitate (8-15).

Quæstio primaria, de Auctoritate Ecclesiæ *doctrinali*: Methodus *privati examinis*: E doctrinâ eligenda est Ecclesia; — methodus *auctoritatis*: Ab Ecclesiâ accipienda est doctrina. — Quæstio secundaria de Auctoritate Ecclesiæ *legislativâ*: Utrùm à Christianis constituta sit, an ab ipso Christo? — Corollarium circa Ecclesiæ notionem: Utrùm, è jure divino, Ecclesia sit *societas*, nec ne?

Divisio Tractatûs. — Prænотanda: In quo consistat infallibilitas Auctoritati Ecclesiæ *doctrinali* vindicanda? — Et quomodò à Deo procurari possit?

### 3. — Auctoritatis infallibilis convenientia (16-19).

Propositio: *Existit apud Christianos auctoritas in docendâ Christi doctrinâ infallibilis*. I<sup>o</sup> Talis enim à Christo instituenda fuisse videtur. Nam ad conservationem Revelationis necessarium videtur speciale medium sive in Scripturâ, sive in Inspiratione, sive in Auctoritate positum. — Porro nec *Scriptura*, nec *Inspiratio* videtur esse

medium per se conveniens et à Christo ordinatum. — E contra, *Auctoritas* vivens et infallibilis... Ergò...

4. — Auctoritatis infallibilis existentia probatur è Scripturâ Sacrà (22).

II° Talis auctoritas adumbrata in Veteri Testamento, et præparata in Evangelio, declaratur tandem quando I° constituitur in Ecclesiâ quædam *Auctoritas*, cui 2° *infallibilitas* promittitur tum *indirectè*, ut pote promissa Ecclesiæ, tum *directè* utpote ipsi expressa Auctoritati.

Quod etiam confirmatur I° ex Apostolorum *verbis*, 2° ex Apostolorum *praxi* tum quoad *transmissionem doctrinæ*, tum quoad *solutionem controversarium*.

5. — Auctoritatis infallibilis existentia probatur è Traditione (23-25).

Probatur scilicet I° per *discussionem factorum et testimoniorum*, nempe I° è praxi Ecclesiæ in transmittendâ doctrinâ, item II° in dirimendis controversiis; III° ex expressis SS. Patrum testimoniis, qui nimirum I° doctrinam Ecclesiæ non aliam esse ac Christi absolute affirmant, quique simul 2° id repetunt ex assistentiâ à Christo promissâ, et 3° perpetuum fore declarant; — II° per *præscriptionem*.

Concluditur thesis. Quis jam nunc esse potest illius usus?

6. — De Auctoritate Ecclesiæ legislativâ (26-29).

Prænot. : In quo consistat? — Prop. : *Auctoritas à Christo instituta ad docendam Ipsius doctrinam, habet etiam ab Illo potestatem leges ac præcepta ferendi ad complendam Ipsius legem*. I° Talis enim institui necesse erat, si attendatur tum *ad naturam hominum*, tum *ad naturam legis Evangelicæ*, et *ab ipso Christo* conveniebat auctoritati doctrinali *conjugi*. — Et II° ita reverà factum est, ut patet tum è *Scripturâ*, tum è *Traditione*, speciatim verò è consensu totius aliquando Christianitatis proindeque Auctoritatis doctrinalis infallibilis alicubi in eâ vigentis.

Corollarium : Ergo, è jure divino, Ecclesia est *societas*.

7. — De Sede auctoritatis. — Exponuntur varii errores (30-32).

De sede auctoritatis in societate naturali : de sede auctoritatis in Ecclesiâ. — Hic triplex errorum typus : *Cæsarismus*, *Multitudinismus*, *Episcopalismus*; simul et in gradu inferiori, triplex *Gallica-*

*nismi* species : *Gallicanismus regalista* seu *parlamentarius*; *Gallicanismus multitudinista* seu *democraticus*; *Gallicanismus episcopalista* seu *ecclesiasticus*.

8. — Legitima præjudicia I° contra Cæsarismum, II° contra Multitudinismum, III° contra Episcopalismum (33-35).

Scilicet, à priori, ex inconvenientibus, et, à posteriori, ex defectu fundamenti è Scripturâ vel Traditione, pro unoquoque trium horum systematum, itidemque pro unâquâque Gallicanismi specie singulis affini.

9. — Primatus Papæ probatur è Scripturâ Sacrà (36,37).

Quænam sint probanda? — Propositio : *Existit è jure divino, in Ecclesiâ Christi, Pastor quidam supremus, qui essentiale est hujus Ecclesiæ et Centrum et Caput*. Prob. è S. Scripturâ I° Petro aliquam à Christo tribui *primatiam*, II° primatiam quâ constituitur ille Ecclesiæ *Centrum et Caput*, III° primatiam *in perpetuum duraturam*.

10. — Primatus Papæ probatur è Traditione (38).

Scilicet I° per *discussionem* sive *testimoniorum* sive *factorum* : — *Testimonia* Patrum non modò de Petro, sed et de Episcopo illo, Romano nempe, quem *Petri successorem* habent, indicantur saltem et à Bossuetio resumuntur; — *facta* etiam è primis sæculis quædam referuntur.

2° per *præscriptionem*, Primatiâ nimirum ante Græcorum schisma generatim admissâ absque ullo antea mutationis vestigio.

3° vel per *solum totius Christianitatis consensum*, certis quibusdam epochis, proinde Auctoritatis infallibilis tunc etiam in eâ certò exstantis.

11. — E Primatu Papæ Corollarium quoad doctrinam : Infallibilitas Papalis *indirectè* probatur (39, 41).

Infallibilitas Papalis *exponitur* è Concilio Vaticano, et insuper probatur I° *indirectè*, scil., è necessitate unionis perpetuæ cum successore Petri, — et quidem non tantum in cultu sed et in fide : unde infallibilis est in definiendo, sive adjecto anathemate, sive non. — *Effugium Gallicanorum* prævertitur, utpote tum *omnino gratuitum*, tum *omnis auctoritatis destructivum*.

**12.** — Infallibilitas papalis *directè* etiam confirmatur. — Evolvuntur ejus conditiones (42, 43).

*Directè* confirmatur è Scripturà : « Simon, Simon... », et Traditione. — Conditiones definitionis è *cathedrà* à Concilio Vaticano resumuntur et logicè evolvuntur.

**13.** — Quoad disciplinam, plena Potestas papalis (45-49).

E Concilio Vaticano exponitur, atque è primatià Petri logicè consequi probatur jurisdictio *plena, ordinaria, immediata*, super omnes tum *distributivè*, tum *collectivè* sumptos. — Hujus applicationes 1<sup>o</sup> quoad *leges*, 2<sup>o</sup> quoad *dispensationes*, etc., 3<sup>o</sup> quoad *judicia*, etc., 4<sup>o</sup> quoad *Pastorum institutionem*, etc. — Observatio circa *tendentias*, ut aiunt, *ultramontanas* vel *gallicanas*.

**14.** — De Episcopis (48-51).

Prop. : *Præter S. Pontificem, existunt in Ecclesiâ, è jure divino, Pastores qui, cum illo et sub illo, doceant ac regant fideles; — et hi Pastores sunt ii soli qui vocantur hodiè Episcopi.* — Divina Pastorum institutio 1<sup>o</sup> in Evangelio præparatur, promittitur ac perficitur; — 2<sup>o</sup> historicè dein evolvitur; nempè, 1<sup>o</sup> *Episcoporum* ac simplicium *Presbyterorum* distinctio inducitur; 2<sup>o</sup> introducuntur etiam pastores secundi ordinis seu *Parochi*; 3<sup>o</sup> nunquam tamen Presbyteri nec etiam Parochi facti sunt auctoritatis in Ecclesiâ plenè participes, nec proinde fidei iudices.

**15.** — De unione Episcoporum cum Papâ. — De Conciliis (52-55).

Episcoporum cum Papâ unio *indefectibilis*. — *Ecclesia docens* quotuplici modo et quonam jure congregari possit? — Speciatim de *Concilio generali* : hujus *auctoritas, ratio et conditiones* : duplex casus, prout Papa et Episcopatus, saltem quoad majorem partem, adsunt *personaliter* vel tantum *repræsentativè*.

**16.** — De Ecclesiæ unitate et apostolicitate (57-59).

Sequitur ex dictis Ecclesiam esse tum societatem *unam*, tum societatem *apostolicam*. — Hinc 1<sup>o</sup> necessitas apostolicæ *missionis*, — quæ non confundenda est cum *electione*, — neque cum *Ordinatione* : — Item 2<sup>o</sup> necessitas *consensus S. Sedis*, et quidem *consensus perseverantis*. — Quoad *S. Pontificem*, Papa est statim ut legitime electus.

**17.** — De objecto Auctoritatis Ecclesiasticæ; et primùm Auctoritatis doctrinalis (60-62).

Prop generalis. — *Illud certè, sive in doctrinâ, sive in disciplinâ, Auctoritati ecclesiasticæ subjacet, quod ipsa tanquam sibi à Christo subjectum teneri absolutè injungit.* — Consequentia practicæ.

Objectum auctoritatis doctrinalis, speciatim, ea sunt omnia et sola generatim quæ in Revelatione continentur vel supponuntur. — Hujus principii applicationes 1<sup>o</sup> quoad *materias scientificas*; 2<sup>o</sup> quoad *conclusiones theologicas* in genere; 3<sup>o</sup> speciatim quoad *legitimitatem Pastorum* atque imprimis *Papæ*; 4<sup>o</sup> speciatim etiam quoad *facta dogmatica*, i. e., quoad genuinam veritatis errorisve enuntiationem.

**18.** — Quotuplici modo et quibus formis Auctoritas ecclesiastica possit docere infallibiliter? (64, 65).

*Modo ordinario*, per communem *prædicationem*, etiamque per communem *disciplinam*; — *modo extraordinario*, per *definitiones*, et quidem in rebus sive jam de fide habitis sive in fidem ex hinc necessariam erigendis.

*Formæ* sive *directæ* sive *indirectæ*, et quidem cum variis *qualificationibus*. — Observ. 1<sup>o</sup> Ecclesiam infallibilem esse in quacumque qualificatione; 2<sup>o</sup> valere proinde condemnationes *in globo*; 3<sup>o</sup> neque id solum esse de fide *obligatoriè* quod dicitur propriè *de fide catholicâ*.

**19.** — De objecto Auctoritatis legislativæ in Ecclesiâ (67-69).

1<sup>o</sup> *Rerum spiritualium*, et rerum *temporalium* vera notio. — 2<sup>o</sup> Expediit ordinariè mutua utriusque Potestatis concordia magis quam separatio, tum quia eundem ultimum finem habent, tum quia magis inde proficient in suum quæque etiam immediatum finem. — 3<sup>o</sup> Unio autem utriusque Potestatis iisdem in manibus, licèt non passim et communiter facienda sit, non tamen illicita est : imò et necessaria invenitur in Centro et Capite Ecclesiæ.

**20.** — De Efficaciâ auctoritatis in Ecclesiâ. — Ecclesiæ catholicitas et sanctitas (71-76).

I. — Prop. : *Vera Christi Ecclesia super singulas Christiani nominis societates semper eminebit diffusionem majori, imò et aliquatenus universali.* — Observ. : Catholicitas hæc debet esse *moralis, exterior, relativa, progressiva, perpetua*.

II. — Prop. : *Vera Christi Ecclesia super alias christiani nominis societates semper eminebit Sanctitate manifestè majori*; quoad *media*, effectus etiamque *externos*, imò et *miracula*.

21. — De necessitate adhærendi veræ Ecclesiæ. —  
De Ecclesiâ invisibili (79-82).

Duplex sensus hujus effati : « Extra Ecclesiam non datur salus; » prout nempe extra Ecclesiam *culpabiliter* vel *inculpabiliter*.

Quotuplici modo A catholici recentiores declinent notam Ecclesiæ primariam, scilicet, quòd Ecclesia est *societas*? — Primùm nempe Ecclesiam dicunt cœtum *invisibilem* è justis vel prædestinatis. — Opponuntur ipsi Scripturæ textus.

22. — De Ecclesiâ syncretistâ. — Systema Jurisæi. —  
Systema Viæ Mediæ (83-85).

Alterum A catholicorum effugium : scilicet, Ecclesiam component è diversis communionibus circa quædam puncta absque communi Auctoritate consentientibus. — Hic autem duplex systema, quippe

I<sup>o</sup> Jurieu ea sola habet fundamentalia quæ ipse necessaria judicat *necessitate mediæ*. — Verùm I<sup>o</sup> nec illa determinare potest; 2<sup>o</sup> neque, etiamsi determinaret, ullam *societatem* inde haberet.

II<sup>o</sup> Systema *Viæ Mediæ* (quod est multorum Anglicanorum, imò et Græcorum) Ecclesiam vult componi è duabus vel tribus communionibus apud quas existere putant veros Episcopos; et nonnisi in eorum omnium collectione Auctoritatem agnoscit supremam et infallibilem. — Verùm I<sup>o</sup> ergò Ecclesia, ex instituto Christi, esse deberet *societas*, et tamen 2<sup>o</sup> talis manere non posset; nec reverà 3<sup>o</sup> talis, de facto, mansisset : — quæ certè repugnant.

23. — Quinam pertineant ad Ecclesiam? Quatuor notæ Ecclesiæ.

Duplex primæ quæstionis sensus, scilicet : — I<sup>o</sup> Quinam subjiciantur Ecclesiæ legibus? Omnes et soli *baptizati*, etiamsi ab eâ separati. — 2<sup>o</sup> Quinam juribus ac privilegiis Ecclesiæ participare debeant? Omnes et soli qui ea tenent sive fidei sive disciplinæ puncta quæ Auctoritas Ecclesiæ suprema teneri præcipit *sub pœndè excommunicationis ipso facto* incurrendæ.

Hinc *Ecclesiæ definitio* (ex Bellarmino). — Item et quatuor ejus *Notæ* secundariæ, nempe : *Unitas non facti* tantùm sed in *unitate*

*juris* fundata; — simulque *Apostolicitas* Pastorum videlicet ab Apostolis succedentium et ipsi Petri successoribus unitorum; — *Catholicitas* demùm et *Sanctitas*, quæ contra *Separatistas* valent, non jam autem per se contra *syncretistas*.

24. — Applicatio notarum, ac primùm speciatim  
*unitatis* (88, 89, I<sup>o</sup>).

Status quæstionis : Adsunt impræsentiarum Communio Catholico-romana quæ se solam *esse veram Ecclesiam Christi* asserit, et reliquæ Communiones quæ olim idem pro se quæque contendebant, nunc autem generatim contendunt tantùm esse *de verò Ecclesiâ Christi*.

Prop. — *Communio Catholico-Romana — et quidem sola — est, pleno jure, vera Christi Ecclesia*. Nam I<sup>o</sup> *Unitatem* qualem requisivimus, id est, ab *Auctoritate determinatam* ipsa habet, ut patet; cæteræ autem non habent; quippe quæ vel nullam agnoscunt Auctoritatem supremam et infallibilem, ut plerique Protestantes; vel, ut Anglicani et Græci, *de jure* quidem agnoscunt, *de facto* autem negant, ideòque propriis convincuntur principiis.

25. — Applicatio notarum *apostolicitatis, catholicitatis*  
*et sanctitatis* (89, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IV<sup>o</sup>).

Nempe II<sup>o</sup> *apostolicitatem* habet certè Communio Catholico-Romana, utpote indesinenter gubernata à Romano Pontifice qui Apostoli Petri successor probatur argumento tum *theologico*, tum *historico*. — Non item verò cæteræ Communiones; nam primi earum Pastores, vel nullam missionem acceperunt, uti generatim apud Protestantes ipsosque hodiernos Anglicanos; vel, si quam acceperant, ut apud Græcos, eâ privari meritò ac legitimè potuerunt, propter rebellionem.

III<sup>o</sup> *Catholicitatem* Communio Romana habet, tum quoad extensionem, tum quoad numerum; cæteræ autem certè non habent, si uti fieri debet, separatim ab eâ accipiantur.

IV<sup>o</sup> Item et *Sanctitatem*, si istæ cum illâ conferantur tum quoad *media*, tum quoad *effectus* sive *ordinarios*, sive etiam *extraordinarios* seu *miracula*, quæ nempe solius Communionis Catholico-Romanæ propria sunt.

26. — De Fide Simplicium (Epilogus).

Status quæstionis. Ad hujus solutionem duplex factum prærequiritur, scilicet, *interna* dispositio animæ, et *externa* præsentia

sanctæ Ecclesiæ catholicæ. Quibus positis, faciliè et rationabiliter fieri potest transitus immediatus 1º ex *auctoritate humanâ* Ecclesiæ catholicæ ad illam quam affirmat se accepisse *auctoritatem divinam*; — vel etiam 2º è *doctrinâ et efficacîâ* sanctæ ejusdem Ecclesiæ ad præsentiam Dei in eâ inde evidentem. — Observatio circa concursum necessarium *dispositionis animæ ad veritatem et propositionis veritatis ad animam.*



## INDEX

<i>Præfatio</i> . . . . .	I
I. Historia Tractatûs de Ecclesiâ Christi . . . . .	II
II. De ratione novi hujusce Tractatûs. . . . .	XIV
<i>Monitum circa auctores legendos</i> . . . . .	XX
<i>DE ECCLESIA CHRISTI.</i> . . . . .	
I. PROCEMIUM : <i>De Revelationis Christianæ receptaculis seu de Scripturâ et Traditione</i> . . . . .	2
Art. 1 <sup>us</sup> : De Scripturis . . . . .	2
Art. 2 <sup>us</sup> : De Traditionibus apostolicis . . . . .	5
Corollarium et positio quæstionis . . . . .	11
II. PARS PRIMA : ECCLESIE CHRISTI NOTIO.	
CAPUT 1 <sup>um</sup> : — <i>De existentia auctoritatis in Ecclesiâ Christi</i> . . . . .	18
Art. 1 <sup>us</sup> : De existentia auctoritatis doctrinalis . . . . .	19
Art. 2 <sup>us</sup> : De existentia auctoritatis legislativæ . . . . .	69
Corollarium circa Ecclesiæ notionem. . . . .	76
CAPUT 2 <sup>um</sup> : — <i>De sede auctoritatis in Ecclesiâ Christi</i> . . . . .	78
Observationes circa systemata nobis adversantia. . . . .	80
Art. 1 <sup>us</sup> : De Papâ . . . . .	105
Art. 2 <sup>us</sup> : De Episcopis. . . . .	183
Corollarium circa Ecclesiæ unitatem et apostolicitatem. . . . .	215
CAPUT 3 <sup>um</sup> : — <i>De exercitio auctoritatis in Ecclesiâ Christi.</i> . . . .	225

Art. 1 <sup>us</sup> : De exercitio auctoritatis doctrinalis . . .	228
Art. 2 <sup>us</sup> : De exercitio auctoritatis legislativæ . . .	248
CAPUT 4 <sup>um</sup> : — <i>De efficaciâ auctoritatis in Ecclesiâ Christi</i>	266
Art. 1 <sup>us</sup> : De præ eminenti extensione Ecclesiæ . . .	266
Art. 2 <sup>us</sup> : De præ eminenti sanctitate Ecclesiæ . . .	278

PARS SECUNDA : ECCLESIE CHRISTI INVENTIO.

Quæstio prævia : De necessitate veram Christi Ecclesiam inve- niendi et ei adhærendi . . . . .	284
CAPUT 1 <sup>um</sup> : — <i>Recapitulatio notarum veræ Christi Ecclesiæ</i>	286
CAPUT 2 <sup>um</sup> : — <i> Applicatio notarum Ecclesiæ ad varias Chris- tiani nominis communiones . . . . .</i>	312
CONCLUSIO . . . . .	336

EPILOGUS

In Tractatus de Verâ Religione et de Ecclesiâ Christi

<i>De fide simplicium.</i> . . . .	341
------------------------------------	-----

APPENDICES.

<i>Appendix I</i> : Synopsis præcipuarum sectarum Protestantium ab ortu Pseudo-Reformationis . . . . .	350
<i>Appendix II</i> : De infallibilitate Synagogæ . . . . .	353
<i>Appendix III</i> : De diversâ ratione quâ societas ecclesiastica et societas civilis constituuntur . . . . .	355
<i>Appendix IV</i> : De Gallicanismi ecclesiastici historiâ, ac specia- tim de declaratione a. 1682 . . . . .	370
<i>Appendix V</i> : De spuris vel dubiis testimoniis nonnunquam in confirmandum S. Pontificis primatum temerè allegatis . . . . .	375
<i>Appendix VI</i> : Argumentum Fenelonii circa infallibilitatem papalem, et controversia Bossuetii cum Episcopo Tornacensi . . . . .	377
<i>Appendix VII</i> : Utrùm Papa, iudicia Congregationum Roma- narum, quâ talia, approbando, suam iis adjiciat infallibilita- tem ? . . . . .	382
<i>Appendix VIII</i> : Catalogus Conciliorum quæ apud Catholicos pro œcumenicis haberi solent . . . . .	384
<i>Appendix IX</i> : De decretis Concilii Constantiensis circa supe- rioritatem Concilii supra dubium Papam . . . . .	386

<i>Appendix X</i> : Utrùm Episcopi auctoritatem suam à Deo im- mediatè accipiant, an mediante Papâ ? . . . . .	388
<i>Appendix XI</i> : Quænam fides Ecclesiæ debeatur in <i>factis</i> <i>dogmaticis</i> . . . . .	390
<i>Appendix XII</i> : De variis modis quibus Status civilis se ha- bere potest relatè ad Religionem, et de <i>liberalismo religioso</i>	391
<i>Appendix XIII</i> : In dominium temporale S. Sedis, variæ po- liticorum confessiones . . . . .	419
<i>Appendix XIV</i> : De magno Occidentis Schismate . . . . .	421
<i>Appendix XV</i> : De unione Papatûs cum episcopatu Urbis Romæ . . . . .	423
<i>Appendix XVI</i> : De quorundam Theologorum opinionibus circa jurisdictionem apud Græcos . . . . .	425
<i>Appendix XVII</i> : « De la conférence de l'ancienne Eglise ca- tholique avec la moderne. » (E. Card. du Perron). . . . .	427
<i>Appendix XVIII</i> : De Conferentiâ Bossuetii cum Claudio . . . . .	436
CONSTITUTIO DOGMATICA <i>de Ecclesiâ Christi</i> , in S. S. Concilio Vaticano . . . . .	441
Varia <i>dissertationum</i> argumenta in tractatum de Ecclesiâ Christi . . . . .	453
<i>Programma</i> in examen orale . . . . .	461

FINIS INDICIS.

